

gua nihil aut parum nossent seniores horū iu-
 dices: tum quòd hæreseos suspectus esse nõ po-
 terat sacrosanctus ille vitæ liber. Addo, me quo-
 que fuisse absterritum, quòd ex illis quidã con-
 suluissent vt mutarem locũ 1. Cor. 15. g. 51, Non
 omnes quidem dormiemus, omnes tamen immu-
 tabimur. Rursum obiurgat quòd nõ obtempe-
 rassẽm: variam esse lectionem dicens. Nego me
 posse adduci vt vnquam contra fidem omnium
 codicum quicquam mutarem, atque ita falsa-
 rius deprehenderer. Alico velut nescio quafuria
 agitatus, quem arcano potius quodã instinctu
 Dei, quàm sincero affectu contra istas furias
 tutatus fuerat, in prædam exponit Theologis,
 quibus tunc plus iusto spe emerendi galeri in-
 seruiebat, licet illis infensissimus. Gallandio
 nanque suo dat mandatũ vt Theologis renun-
 tiet hæctenus à Roberto Stephano se deceptũ,
 nolle illius partes àplius tueri: proinde viderẽt
 quid agendũ de hac Noui testamẽti Græci edi-
 tione. Gallandius non omnino mihi inimicus,
 quid sibi iniunctum sit, me admonet, horta-
 tũrque vt ipse Theologos accedam, ne sua le-
 gatione plus quàm vellem exacerbarẽtur, satis